UNIVERZITA KARLOVA V PRAZE
FAKULTA TĚLESNÉ VÝCHOVY A SPORTU

VNITŘNÍ PŘEDPIS, KTERÝM SE MĚNÍ STATUT FAKULTY TĚLESNÉ VÝCHOVY A SPORTU UNIVERZITY KARLOVY V PRAZE

Akademický senát Fakulty tělesné výchovy a sportu Univerzity Karlovy v Praze se podle § 27 odst. 1 písm. b) a § 33 odst. 2 písm. a) zákona č. 111/1998 Sb., o vysokých školách a o změně a doplnění dalších zákonů (zákon o vysokých školách), ve znění pozdějších předpisů, usnesl na této změně Statutu Fakulty tělesné výchovy a sportu, jako jejím vnitřním předpisu:

Čl. 1
Změna Statutu

1. V čl. 1 se vkládá odstavec 7, který zní: „Imatrikulační slib, formule promotorů, sponze absolventů bakalářských studijních programů, sponze absolventů magisterských studijních programů a sponze absolventů doktorských studijních programů jsou v příloze č. 2“.
2. Součástí Statutu Fakulty tělesné výchovy a sportu Univerzity Karlovy v Praze je Příloha č. 2, která zní:

„Příloha č. 2

A) IMATRIKULAČNÍ SLIB

Slibuji, že budu řádně vykonávat práva a plnit povinnosti člena akademické obce Univerzity Karlovy.
Slibuji, že uchovám v úctě slavnou humanistickou a demokratickou tradici Univerzity Karlovy, budu dbát jejího dobrého jména a budu studovat tak, aby má činnost přinášela všestranný užitek.

B) FORMULE PROMOTORA A SPONZE ABSOLVENTŮ BAKALÁŘSKÝCH STUDIJNÍCH PROGRAMŮ UK FTVS

Scholārēs clārissimī, exāminibus, quae ad eōrum, quī baccalāriī nōmen ac honōrēs cōnsequī student, doctrīnam explōrandam lēge cōnstitūta sunt, cum laude superātīs, nōs adīstis dēsīderantēs, ut vōs eō honōre in hōc sollemnī cōnsessū ornārēmus.

Prius autem fidēs est danda vōs tāles semper futūrōs, quālēs vōs esse iubet Ūniversitās, cuius membrīs hāc dignitāte adeptā adnumerandī estis, et nōs vōs fore spērāmus.

SPONDĒBITIS IGITUR:

PRĪMUM vōs huius Ūniversitātis, in quā baccalāriī gradum ascenderitis, piam perpetuō memoriam habitūrōs eiusque rēs ac ratiōnēs, quoad poteritis, adiūtūrōs,

DEIN honōrem eum, quem in vōs collātūrus sum, integrum incolumemque servātūrōs,

POSTRĒMŌ prūdentiam ērūdītiōnemque vestram, ā facultāte praeceptam, facultātis Ūniversitātisque iussa sequentēs, hūmānī generis ūsuī tantum atque hominum bonō adhibitūrōs.

Ergō ego prōmōtor rīte cōnstitūtus vōta vestra dextrā datā probāns vōs ex dēcrēto ordinis meī baccalāriōs creō, creātōs renuntiō omniaque baccalāriī iūra ac prīvilēgia in vōs cōnferō. In cuius reī fidem haec diplōmata Ūniversitātis Carolīnae sigillō firmāta vōbīs in manūs trādō.

HAEC VŌS EX ANIMĪ VESTRĪ SENTENTIĀ SPONDĒBITIS AC POLLICĒBIMINĪ?

SPONDEŌ AC POLLICEOR

Promotor:

Itaque iam nihil impedit, quōminus honōres, quōs obtinēre cupitis, vōbīs impertiāmus.

Ergō ego prōmōtor rīte cōnstitūtus vōs ex dēcrēto ordinis meī baccalāriōs creō, creātōs renuntiō omniaque baccalāriī iūra ac prīvilēgia in vōs cōnferō. In cuius reī fidem haec diplōmata Ūniversitātis Carolīnae sigillō firmāta vōbīs in manūs trādō.

C) FORMULE PROMOTORA A SPONZE ABSOLVENTŮ MAGISTERSKÝCH STUDIJNÍCH PROGRAMŮ UK FTVS

Scholārēs clārissimī, exāminibus, quae ad eōrum, quī magistrī nōmen et honōrēs cōnsequī student, doctrīnam explōrandam lēge cōnstitūta sunt, cum laude superātīs, nōs adīstis dēsīderantēs, ut vōs eō honōre in hōc sollemnī cōnsessū ornārēmus.

Prius autem fidēs est danda vōs tāles semper futūrōs, quālēs vōs esse iubēbit dīgnitās, quam obtinueritis, et nōs vōs fore spērāmus.

SPONDĒBITIS IGITUR:

PRĪMUM vōs huius Ūniversitātis, in quā magistrī gradum ascenderitis, piam perpetuō memoriam habitūrōs eiusque rēs ac ratiōnēs, quoad poteritis, adiūtūrōs;

DEIN honōrem eum, quem in vōs collātūrus sum, integrum incolumemque servātūrōs studia hūmanitātis et nātūrae impigrō labōre cultūrōs et prōvectūrōs nōn ad vānam captandam glōriam, sed ut vēritās prōpāgētur et lūx eius, quā salūs generis hūmānī continētur, clārius effulgeat.

HAEC VŌS EX ANIMĪ VESTRĪ SENTENTIĀ SPONDĒBITIS AC POLLICĒBIMINĪ?

SPONDEŌ AC POLLICEOR

Promotor:

Itaque iam nihil impedit, quōminus honōres, quōs obtinēre cupitis, vōbīs impertiāmus.

Ergō ego prōmōtor rīte cōnstitūtus vōs ex dēcrēto ordinis meī magistrōs creō, creātōs renuntiō omniaque magistrī iūra ac prīvilēgia in vōs cōnferō. In cuius reī fidem haec diplōmata Ūniversitātis Carolīnae sigillō firmāta vōbīs in manūs trādō.

D) FORMULE PROMOTORA A SPONZE ABSOLVENTŮ DOKTORSKÝCH STUDIJNÍCH PROGRAMŮ UK FTVS

Doctōrandī clārissimī, exāminibus, quae ad eōrum, quī doctōris nōmen et honōrēs cōnsequī student, doctrīnam explōrandam lēge cōnstitūta sunt, cum laude superātīs, nōs adīstis dēsīderantēs, ut vōs eō honōre in hōc sollemnī cōnsessū ornārēmus.
Prius autem fīdēs est danda vōs tālēs semper futūrōs, quālēs vōs esse iubēbit dīgnitās, quam obtinueritis, et nōs vōs fore spērāmus.
SPONDĒBITIS IGITUR:
PRĪMUM vōs huius Ūniversitātis, in quā summum in artibus atque litterīs gradum ascenderitis, piam perpetuō memoriam habitūrōs eiusque rēs ac ratiōnēs, quoad poteritis, adiūtūrōs;
DEIN honōrem eum, quem in vōs collātūrus sum, integrum incolumemque servātūrōs;
POSTRĒMŌ studia hūmānitātis et nātūrae impigrō labōre cultūrōs et prōvectūrōs nōn ad vānam captandam glōriam, sed ut vēritās prōpāgētur et lūx eius, quā salūs generis hūmānī continētur, clārius effulgeat.

HAEC VŌS EX ANIMĪ VESTRĪ SENTENTIĀ SPONDĒBITIS AC POLLICĒBIMINĪ?
SPONDEŌ AC POLLICEOR
Promotor:
Itaque iam nihil impedit, quōminus honōrēs, quōs obtinēre cupitis, vōbīs impertiāmus.
Ergō ego prōmōtor rīte cōnstitūtus vōs ex dēcrētō ordinis meī doctōrēs creō, creātōs renuntiō omniaque doctōris iūra ac prīvilēgia in vōs cōnferō. In cuius reī fidem haec diplōmata Ūniversitātis Carolīnae sigillō firmāta vōbīs in manūs trādō.“

Čl. 2

Účinnost

1. Tento předpis byl schválen akademickým senátem Fakulty tělesné výchovy a sportu Univerzity Karlovy dne 13.5.2014
2. Tento předpis nabývá platnosti dnem schválení Akademickým senátem Univerzity Karlovy[1] .
3. Tento předpis nabývá účinnosti dnem platnosti.

Doc. MUDr. Jan Heller, CSc.
předseda AS FTVS UK

Doc. MUDr. Eva Kohlíková, CSc.
děkanka FTVS UK

PhDr. Tomáš Nigrin, Ph.D.
předseda AS UK

Univerzita Karlova v Praze
AKADEMICKÝ SENÁT
Ovocný trh 5
116 36 Praha 1
tel.: 224 215 632, 224 491 311

---

[1] § 9 odst. 1 písm. b) zákona č. 111/1998 Sb., o vysokých školách a o změně a doplnění dalších zákonů (zákon o vysokých školách), ve znění pozdějších předpisů. Akademický senát Univerzity Karlovy schválil tento vnitřní předpis dne 10. října 2014.